

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Lüderi Menckenii, IC. Facult. Iurid. Lipsiensis Ordinarii
Tractatio Synoptica Institvitionvm Iuris Iustini nearvm
Theoretico-Practica**

Mencke, Lüder

Lipsiae, MDCCXXXV

VD18 11839880

Tit. VIII. De Noxalibus Actionibus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18253

fam. Actio ex Mutuo ob *SCum Macedonianum*, idque (1) describitur, quod sit Jus a Senatu Romano introductum, efficacem Pecuniae filiofam. (idem in filiafam, nepote nepteve in potestate patris avive existente obtinet) mutuo data repetitionem denegans. §. VII. J. h. l. i. ff. ad *SCt. Ma-* §. 7. I. h. ced. Hoc *SCtum* etiam locum habet, si personæ, quæ tempore mutui potestati patris subfuerunt, postea sui juris factæ v.g. emancipatæ sint, ne Parentum vitæ struantur insidia. §. VII. J. h. d. l. i. (2) Producit *Exceptionem SCti Macedoniani*, ea- que est realis, l. 7. §. 1. ff. d. except. perpetua. a. §. 9. J. d. except. l. ii. ff. ad *SCt. Maced.* & datur il- li, a quo ex *contractu contra SCtum Macedo- nianum inito* l. 7. §. 3. ff. cod. quid petitur, ad excludendam petentis intentionem. l. i. l. 9. §. 3. ff. eod.

XI. Per Interpretationem Prudentum pro- babiliter vice Actionis adjectitia qualitate au- ctæ permisum est etiam Directa ex Contractu A- ctione uti, ac si principaliter cum Patre, Domino, Exercitore, Præponente negotium gestum esset, v.g. Condictione ex Mutuo, quando mutuum est Institori datum, loco Actionis institoria. §. §. 8. I. h. *VIII. J. h. j. l. 29. ff. d. R. C.* Quæ Actio Dire- cta hodie in foro frequentatur.

TIT. VIII.

De Noxalibus Actionibus.

Ex servorum delictis nascuntur actiones noxales.

Ex maleficiis servorum: vcluti si furtum fece- rint, aut bona rapuerint, aut damnum dede- rint,

tint, aut injuriam commiserint; noxales actiones proditæ sunt, quibus domino damnato permittitur, *aut litis aestimationem sufferre, aut ipsum hominem noxae dedere.*

Quid sit noxa, & noxia.

1. *Noxa* autem est ipsum corpus, quod nocuit, id est, servus: *noxia*, ipsum maleficium, veluti fur-
tum, damnum, rapinā, injuria.

Ratio harum actionum.

2. Summa autem ratione permissum est, noxae deditio[n]e fungi. Namque erat iniquum, nequitiā eorum ultra ipsorum corpora dominis damno-
sam esse.

Effectus noxae deditio[n]is.

3. Dominus noxali judicio servi sui nomine con-
ventus, servum actori noxae dedendo liberatur: nec
minus in perpetuum ejus servi dominium a domino
transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est,
servus resarcierit quæsita pecunia, auxilio Prætoris
invito domino manumittetur.

De origine harum actionum.

4. Sunt autem constitutæ noxales actiones, aut Legibus, aut Edicto Prætoris. Legibus: veluti fur-
ti Lege 12. Tabularum, damni injuriæ Lege Aquilia.
Edicto Prætoris: veluti injuriarum, & vi bonorum
raptorum.

Qui convenientur noxali actio[n]e.

5. Omnis autem noxalis actio caput sequitur.
Nam, si servus tuus noxiā commiserit, quamdiu
in tua potestate sit, tecum est actio. Si autem in
alterius potestatem pervenerit, cum illo incipit
actio esse. At, si manumissus fuerit, directo ipse
tenetur, & extinguitur noxae deditio. Ex diverso
quoque directa actio noxalis esse incipit. Nam, si
liber



liber homo noxiā commiserit, & is servus tuus esse cōperit, (quod quibusdam casib[us] effici primo libro tradidimus,) incipit tecum esse noxalis actio, quæ ante directa fuisset.

Si servus domino noxiā commiserit, vel contra.

6. Si servus domino noxiā commiserit, actio nulla nascitur. Namque inter dominum, & eum, qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque &, si in alienam potestatem servus pervernerit, aut manumissus fuerit, neque cum ipso, neque cum eo, cuius nunc in potestate sit, agi potest. Unde, si alienus servus noxiā tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cōperit, interdicitur actio: quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque, licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum, si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus, aut alienatus fuerit servus, ullam actionem contra dominum habere potest.

De filiis familias.

7. Sed Veteres quidem hoc in filiis familias masculis & fœminis admisere. Nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur, filium suum, & maxime filiam, in noxiam alii dari: ut pene per filii corpus pater magis, quam filius periclitetur: cum in filiabus etiam pudicitiae favor hoc bene excludat? Et ideo placuit, in servos tantummodo noxales actiones esse proponendas: cum apud veteres legum commentatores invenerimus saepius dictum, ipsos filios familiarum pro suis delictis posse conveniri.

I.

Noxales Actiones sunt Actiones personales, adjectitia qualitate auctæ, quæ dantur lœsis

L 1

ex



ex privatis Servorum delictis, adversus Dominos ad solvendam litis estimationem, vel ad
Pr. I. h. servorum noxæ deditio[n]em. **PR. J. b. L. i. ff** eod.
§. 4. I. h. Dividuntur in Civiles & Prætorias. **§. IV. J. b.**
& oriuntur ex privato Servorum delicto s. no.
§. 1. I. h. xia. **§. I. J. h.**

II. Noxales Actiones competunt eum in finem, ut (1) Servi Dominis ultra ipsorum cor.
§. 2. I. h. pora damnosí non sint. **§. H. J. b. j. l. 133. ff. d.**
R. J. (2) Læsis quodammodo satisfiat per Servorum Noxæ deditio[n]em, nisi forte Servus da-
mnum pecunia data resarciat, quo casu liber.
§. 3. I. h. tatem adipiscitur. **§. III. J. b. j.** **§. 4. J. d.** donat.

III. Dantur Noxales Actiones adversus illos,
qui Servos in potestate habent, nam noxalis
§. 5. I. h. actio Caput sequitur, unde cum capite ambulat.
§. V. J. b. (a) Cessat autem, si Servi Dominis
Noxiā intulerint, quod non ampliatur & li-
§. 6. I. h. mitatur, **§. VI. J. b.** (b) v. **Tr. Syn. J. b.** **Uſus**
bodiernus, cum liberi hominis conductæ sunt
operæ, ex delicto mutuas inter locatorem &
conductorem Actiones largitur.

IV. Noxales non conceduntur ex delicto Fi-
liorum fam. adversus Patrem: partim ob præ-
judicium paternum, quod filium filiamque fam.
(hanc quoque pudicitiae favor) non patitur no-
xæ dedi. **§. VII. J. b. j. L. 8. f. ff.** quod met. caus. (c)

(a) *Omnis noxalis actio caput sequitur.* **§. V. J. b.**

(b) *Inter Dominum & servum nulla obligatio nasci*
poteſt. **§. VI. J. b.**

(c) *Pro affectu parentes magis in liberis terrentur, quam*
in ſemetipſis. **L. 8. §. f. ff.** quod met. caus.

par-

partim ob Actionem ex delicto adversus ipsum filium fam. competentem. §. VII. f. b. Etiam §. 7. I. h. *Usum moderno ex delicto filiifam. non datur ad-* versus Patrem *Action*, ne quidem ad multæ solu-
tionem a. b. §. l. 22. C. d. pæn. juxta legitimæ quantitatæ: hæc enim demum post mortem debetur. a. l. 1. §. 19. ff. d. coll. l. 8. C. d. *Inoffic.* testam.

V. Actiones noxales *hodie* ad Mancipia Tur-
cica applicari queunt, non ad *liberos homines*,
quorum conductæ sunt Operæ: Hi enim *quoties*
delinquunt (1) *Extra Officium* Dominus, nisi pro-
hibere potuerit delictum, non tenetur. a. l. 2. l. 4.
ff. h. Jure Sax. tamen *residuum Mercedis* Ar-
resto affici læsoque ex eo satisfieri potest. ¶ R.
l. 2. a. 32. (2) *In officio* Dominus tum demum obstringitur, quando *in eligendo vel retinendo* ipsorum *ministerio* illius *culpæ* reus fit, quam
ex natura negotii præstare jubetur. a. l. 27. §. 9. ff.
ad L. Aquil. l. 11. ff. loc. Conf. Dec. El. 79.

TIT. IX.

*Si Quadrupes Pauperiem fecisse
dicatur.*

De actione, Si quadrupes. ex L. XII. Tabb.

Animalium nomine, quæ ratione carent, si qua lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio Lege duodecim Tabularum prodita est. Quæ animalia si noxxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita Lex duodecim Tabularum scripta est: ut puta, si equus calci- Ex l. r. §.
trofus 4. cod.